

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

M. Tul. Ciceronis in Crispum Sallustium responsio.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

In L. Sallustium

vrbi, ciuibusq; custodē, absq; carnificis noīe, qui ciuitatis incōmodū in gloriā suā ponit, qua si vero nō illius cōiurationis causa fuerit cōsultatus tuus, & idcirco Resp. disiecta eo tēpore, quo te custodē habebat. Sed vt opinor illa te magis extollūt, q̄ post cōsultatū cū Terētia vxore de Rep. cōsuluisti: cū legis Plancię iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios pecunia cōdemnabas: cū tibi alius Tusculanū, alius Pōpeianā villā ēdificabat, alius domū emebat, q̄ vero nihil poterat, is erat calumnię pximus: is aut domū tuā oppugnatū venerat, aut insidias senatui fecerat, deniq; de eo tibi cōpertū erat. Quę si tibi falsa obiicio, redde rōnē quātū patrimonii acceperis, qd tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domū paraueris, Tusculanū, & Pōpeianū infinito sumptu adificaueris, aut si retices, cui potest esse dubiū, quin opulentiam istā ex sanguine & miseris ciuiū paraueris! Verū vt opinor hō nouus Arpinas, ex M. Crassi familia, eius virtutē imitat, cōtemnit similitatē hominū nobiliū, Rēp. charā habet, neq; terrore, neq; gratia cōmouet. Illud vero amicitię tātum, ac virtutis est animi: immo vero hō leuissimus, supplex inimicis, amicis cōtumeliosus, modo harū, mō illarū patriū, nemini fidus, leuissimus Senator, mercenarius patronus, cui⁹ nulla pars corporis a turpitudine vacat, lingua vana, manus rapacissimę, gula immēsa, pedes fugaces: q̄ honeste nominari nō possunt, inhonestissima. Atq; is cū eiusmodi sit, tamē audet dicere: O fortunatā natā me Cōsule Romanam, te Cōsule fortunatā Cicero: immo vero infelicē, & miserā, q̄ crudelissimā p̄scriptionē perpeffa est, cū tu turbata Rep. metu p̄cursos oēs bonos parere crudelitati tuę cogebas: cum oīa iudicia, oēs leges in tua libidine erāt: cū tu sublata lege Portia, erepta libertate, nostrorū omnium vitę necisq; potestātē ad te vnū reuocaueras. Atq; parū est q̄ impune fecisti, verū etiam cōmemorādo exprobras, neq; licet obliuisci seruitutis suę. Egeris oro te Cicero, p̄feris qd̄ libet, satis est p̄cessos esse: etiā ne aures nostras onerabis tuo odio: etiam ne molestissimis verbis insectabere! Cedāt arma Toge, cōcedat laurea linguę, quasi vero togatus, & nō armatus ea, q̄ gloriaris, cōfeceris: atq; inter te Syllāq; Dictatorē p̄ter nomē Imperii qcq; interfuerit. Sed qd̄ ego plura de tua insolētia cōmemorē: quē Mīnerua oīs artes edocuit: Iupiter optimus Max. in cōcilio deorū adimisit: Italia exulē humeris suis reportauit. Oro te Romule Arpinas, q̄ egregia tua virtute oēs Paulos, Scipiōes, Fabios superasti, quē tādē locū in hac ciuitate obtines: q̄ tibi partes Reip. placēt: quē amicū, quē inimicū habes: cui insidias in ciuitate fecisti ancillares, quo iure cū de exilio tuo Dyrrhachio rediisti, eū sequeris: quos Tyrānos appellabas, eorū nūc potētię faues, q̄ tibi ante optimates videbant, eosdē nūc demētes ac furiosos vocas. Variniū causam agis, de Sestio male existimas. Bibulū petulātissimis verbis lādis, laudas Cēsare, quē maxime odisti, ei maxime obsequeris, aliud stās, aliud sedens, de Repu. sentis, his maledicis, illos odisti, leuissime trāsfiga, neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.

M. TVL. CICERONIS IN CRISPVM SALLVSTIVM RESPONSIO.



A demū magna voluptas est Crispe Sallusti, æqualē, ac parē verbis, vitā agere: neq; qcq; tā obscenū dicere, cui nō ab initio pueritię oī genere facinoris ætas tua respōdeat: vt omnis oratio moribus consonet, neq; em̄ q̄ ita viuit, vt tu, aliter ac tu loqui potest: neq; q̄ tam illoto sermone utit, vita honestior est. Quo me vertā Patres cōscripti: vnde initū sumā: maius em̄ mihi dicēdi onus imponit, quo notior est vterq; nostrū, q̄, aut si de mea vita atq; actibus huic cōuatiatori respōdero, inuidiā gloria cōsequat, aut si hui⁹ facta, mores, omnē ætatē nudauero, in idē vitiū incidā p̄ccitatis, qd̄ huic obiicio. Id vos si forte offendimini, iustius huic, q̄ mihi succēdere debetis, q̄ initū introduxit, ego dabo op̄rā, vt & p̄ me minimo cū fastidio respōdeā, & in hūc minime mentitus esse videar. Scio me P. C. in respōdēdo nō habere magnā expectatiōnē, q̄ nulum vos sciatis nouum crimē in Sallustiū audituros, sed oīa vetera recognituros, q̄ & meę, & vestrę iam, & ipsius aures calēt, verū eo magis odisse debetis hominē, q̄ ne incipiēs quidē peccare minimis rebus posuit rudimentū: sed ita ingressus est, vt neq; ab alio vincī possit, neq; ipse se omnino reliqua ætate p̄terire, itaq; nihil aliud studet, nisi vt lutulētus sus cū quouis volutari, longe vero fallit opinione. Non em̄ p̄ccitate linguę vitę sordes eluunt, sed est quedā calumnia, quā vnusquisq; nostrū testante animo suo fert, de eo, q̄ falsum crimē bonis obiectat, q̄ si vita istius memoriā vicerit, aliā P. C. nō ex oratione, sed suis ex moribus spectare debetis. Iā dabo op̄rā q̄ maxime potero, vt breue id faciā. Neq; hęc altercatio nostra vo-

O fortuna
tam &c.

Romule
Arpinas.
Ancillares
inūdię.

Aliud stās,
aliud sedēs

Illotus sermo.

Procacitas

Aures calent.
Rudimentū
ponere.
Lutulētus
sus.

bis inutilis erit P. conscripti. Plerūq; em̄ Resp. priuatis crescit inimicitia: vbi nemo ciuis qua-
 lis sit vir potest latere. Primū igit quoniā oīm maiores Crispus Sallustius ad vnū exēplū & re-
 gulā querit, velim mihi respōdeat, nunq; hi, quos ptulit Scipiones, & Metellos, ante fuerint
 aut opinionis, aut glorię, q̄ eos res gestę suę, & vita innocētissime acta commēdauit: q̄ si hoc
 fuit illis initiū nominis, & dignitatis, cur nō eque de nobis existimet, cuius & res gestę illu-
 stres, & vita integerrime acta: quasi vero tu sis ab illis viris Sallusti ortus, q̄ si esses, nōnullos
 iā tuę turpitudinis pigeret. Ego meis maiorib; virtute mea pluxi: vt, si pri; notū nō fuerint, a
 me accipiāt initiū memorię suę. Tu tuīs vitę, quā turpiter egisti, magnas offudisti tenebras:
 vt etiā si fuerit egregiū ciues, certe venerit in obliuionē. Quare noli mihi antiquos viros ob-
 iectare. Satius est em̄ me meis reb; gestis florere, q̄ maiorū opinione niti: & ita viuere, vt ego
 sim posteris meis nobilitatis initiū, & virtutis exēplū. Neq; me cū iis cōferri decet P.C. qui iā
 decesserunt, omniq; odio carent, & inuidia: sed cū eis, q̄ mecū vna in Rep. versati sunt. Sed si
 fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus: non hanc dico popularē ambitionē, cuius
 ius me principē cōfiteor: sed illā pniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit:
 aut in gerēdis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tā seuerus, aut in tuenda rep.
 tam vigilans, quā tu prosc̄ptionē vocas: credo q̄ non oēs tui similes incolumes in hac vr-
 be vixissent. At quāto meliore loco resp. staret, si tu par ac similis scelestor; ciuiū, vna cū illis
 adnumeratus esses. An ego tūc falso scripsi: Cedant arma toge, qui togatus armatos, & pace
 bellum oppressi. An illud mēritus sum: fortunatā natā me Cōsule Romā, qui tantū intestinū
 bellū, ac domesticū vrbis incēdiū extinxi. Neq; te tui piger homo leuissimē: cū ea culpas, quę
 in historiis glorię mihi ducis. An turpius est P.C. scribētē mentiri, q̄ illū palā hoc ordine di-
 centē: Nā q̄ etatē increpuisti, tantū me abesse puto ab impudicitia, quātū tu a pudicitia. Sed
 qd ego de te plura querar: Quid em̄ mentiri turpe duces, q̄ mihi ausus sis eloquentiam vt vi-
 tiū obicere: cuius semper nocens eguisti patrociniū. An vllum existimas posse fieri ciuē egre-
 gium, qui non his artibus, & disciplinis sit eruditus: an vlla alia putas esse rudimenta, & in-
 cunabula virtutis: quibus animi ad glorię cupiditatē alūtur. Sed minime mirū est P.C. si ho-
 mo, q̄ desidię, ac luxurię plenus sit, hęc vt noua, atq; inusitata miratur. Nam q̄ ista inusitata
 rabie petulanter in vxorem, & in filiam meam inuasisti, quę facilius mulieres se a viris absti-
 nuerunt, q̄ tu vir a viris, satis doctē ac perite fecisti. Nō em̄ me sperasti mutuam tibi gratiam
 relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Vnus enim satis es materię habens: neq; quicq; do-
 mi tuę turpius est, q̄ tu. Multum vero te opinio fallit, qui mihi parare putasti inuidiā ex mea
 re familiari, quę mihi multo minor est, q̄ habere dignus sim. atq; vtinam ne tanta quidē esset
 quanta est: vt potius amici mei viuerent, q̄ ego testamentis eorum locupletior essem. Ego fu-
 gax Crispe Sallusti: furori tribuni pl. cessi, vt illic duxi quāuis fortunā vn; experiri, q̄ vniuerso
 populo Ro. ciuili essem dissensionis causa, qui posteaq; ille suū annū in Repu. pbacchatus est:
 omniq; quę cōmouerat, pace & otio refederunt: hoc ordine reuocāte, atq; ipsa Repu. in manu
 trahente me, reuertī. Qui mihi dies, si cū oīm reliqua vita conferat, animo meo qdē superet:
 cū vniuersi vos, Populusq; Ro. frequēs aduentu meo gratulatus est. tāti me fugacē, mercena-
 riū patronū hi estimauerūt. Neq; Hercule mirū est, si ego semp iustas oīm amicitias estimā-
 ui. Non em̄ vni priuatim ancillatus sum: neq; me addixi: sed quantū quisq; Reip. studuit, mi
 hi tantū fuit aut amicus, aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, q̄ pacem. Multi priuato-
 rum audacias nutrierunt, ego nihil timui nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt, ego
 nunq; volui quicq; posse nisi pro vobis. Multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abu-
 si sunt. Itaq; non est mirū, si nullius amicitia vsus sum, qui nō perpetuo Reip. amicus fuit. Ne
 q̄ me pœnitet, si aut petenti Vatiniō reo patrociniū pollicitus sum, aut Sestii insolentiā re-
 pressi, aut Bibuli patientiā culpauī, aut virtutib; Cęsarīs faui. hę laudes egregiū ciuis, & vni-
 cę sunt. Quę si tu mihi vt vitia obicis, temeritas tua reprehendēt, non mea vitia culpabun-
 tur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendū P.C. non apud vos, quos ego habui oīm
 mearū actionū monitores. Sed vbi rerū testimonia adsunt, quid opus est verbis: Nunc vt ad
 te reuertar Sallusti, patrēq; tuū ptereā: q̄ si nunq; in vita sua peccauit, tamen maiorē iniuriam
 Reip. facere nō potuit, q̄ q̄ te talē filiū genuit. neq; tu si qua in pueritia peccasti, exequar: ne
 parentē tuum accusare videar, qui eo tempore summā tui potestātē habuit: sed qualē adole-
 scentiam egeris. hac em̄ demonstrata, facile intelligetur, q̄ petulantī pueritia tam impudicus
 & procax adoleueris. Posteaq; immensę gulę impudicissimi corporis quæstus sufficere non

Fuerit opi-
 nionis.
 Nobis, cuius
 ius.
 Prelucere.

Par ac filis
 scelestorū.

Eloquētia.

Referre
 mutuā gra-
 tiam.

Ancillatus

In L. Sallustium

potuit, & etas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuisse, exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris: ut, quae ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile reputare P. C. utrum inhonestioribus corporis partibus res quaesierit, an amiserit. Domum paternam uiuo patre turpissime uenale habuit, uendidit, & cuius dubium potest esse, quoniam mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia! Neque pudet eum a me quaerere, quod in P. Crassi domo habitet, cum ipse respondere non queat, quod in ipsius habitet paterna domo. At Hercule lapsus etatis tyrocinio, postea se correxit, non ita est, sed abiit in sodalium sacrilegii Nigidiani: huius ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna stetit: & ita discessit, ut non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimarent. Primum honorem in quaestura adeptus, hunc locum & ordinem despectus, cuius aditus sibi quoque sordidissimo homini patuisset. Itaque timens ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matribus familiarum opprobrium esset, confessus est uobis audientibus adulterium, neque erubuit ora uestra. Vixeris ut libet Sallusti, egeris quod uolueris: satis sit unum te tuorum scelerum conscius esse, noli nobis languorem & soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tua pudicitia nostrarum uxorum, sed ita experrecti non sumus, ut a te cauere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Et quod hunc mouere possit P. C. factum ac dictum turpe, quod non puduit palam uobis audientibus adulterium confiteri! Quod si tibi nihil pro me respondere uoluisset, sed illud censorium elogium Appii Claudii, & L. Pisonis integerrimorum uirorum, quo usus est quosque eorum, pro lege palam uniuersis recitare: nonne tibi uiderer eternas inurere maculas: quas reliqua uita tua eluere non possit! Neque post illum delectum Senatus unquam te uidimus: nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina Reipublicae confluxerat. At idem Sallustius, qui in pace ne Senator quidem manserat, posteaque Respublicae armis oppressa est: & idem uictores, qui exules, reduxit: in Senatum post quaesturam est reductus, quod honorem ita gessit, ut nihil in eo non uenale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit, ita igitur egit, ut nihil non equum, ac uerum duxerit, quod ipsi facere collibuisse: neque aliter vexauit, ac debuit, si quod praedae loco magistratum accepisset. Peracta quaestura, posteaque magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine uitae se coniunxerat, unus iam ex illo grege uidebatur. Eius enim partis erat exemplar Sallustius: quo tanquam in una uoragine coetus omnium uitiorum excesserat, quicquid impudicorum, Cylonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit, in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subfederat, nois perditis, ac notissimis, nulla in parte castris apti, nisi licentia uitiorum, & cupiditate rerum nouarum. At posteaque Praetor est factus, modeste se gessit, & abstinenter. Nonne ita puincia uastauit, ut nihil neque passum sint, neque expectarint grauius in bello socii nostri, quam experti in pace, hoc Africae interioris obtinere: unde tantum hic exhaustum, quantum potuit aut fide nominum traieci, aut in naues contrudi. tantum inquam P. C. exhaustum, quantum uoluit. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Caesare paciscit, quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle. unde tu, qui modo ne paternam quidem domum relinire potueris, repete tanquam somnium beatum, hortos preciosissimos, uillam Tyburti, C. Caesaris reliquas possessiones paraueris. Neque piguit quaerere, cur ego P. Crassi domum emissem, cum tu ueteris uillae dominus sis, cuius paulo ante fuerat Caesar: modo inquam patrimonio non comeso, sed deuorato, quibus rationibus repete factus es tam affluens, & tam beatus: nam quod te faceret heredem, quod ne amicum quidem suum satis honestum quicquam sibi ducit, nisi filium ac paruum tuum! At Hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt, quorum siue tu similis es, siue illi tui, nihil ad omnem scelus, ac nequitiam addi potest. Verum ut opinor honores tui te faciunt insolentem. Tu C. Sallusti tantum de putas esse bis Senatore, & bis quaestore fieri, quantum bis Consularem, & bis triumphalem. Carere debet omni uitio qui in alterum paratus est dicere. Is demum maledicit, qui non potest uerum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in etate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudine es, & ciuilibus belli memoria. Quid, non grauius pati potuimus, quam quod te incoluimus in hoc ordine uideamus! Desine bonos petulantissima consectari lingua: desine morbo peccitatis isto uti: desine unumquemque moribus tuis existimare. his moribus amicum tibi facere non potes, uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi P. C. faciam. saepe enim grauius uidi offendere aures auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt: quam eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, siqua ego honeste effari possim.

ORATIONVM M. T. CICERONIS FINIS. LV TETIAE

Parisiiorum apud Iodocum Badium Ascen. ad Eidus

Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma.